Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



12

apertere ci spē propera praemonstrebat.
Cui nimirū arcae hanc coronam auream supra circum
dari praecipitur. quia apparens in carne atq;
ad redemptionē humani generis veniens filius
dī. certum exspectabat tempus & horē quando
susceptā pro nobis mortē cum ipso mortis auc
tore superaret. atq; ad patrem victor in cae
lo ascenderet, de hac corona dicit apostolus:
eum autē qui modico quidem ab angelis mino
ratus est. videmus iēm propter passionem
mortis gloria & honore coronatum, de hac
in apocalipsin iohannes. et vidi inquit. &
ecce equus albus. & qui sedebat super illū habe
bat arcum. & data est ei corona. & exiit vincens
ut vinceret, Equus quippe albus ecclesia.
Eques qui illi praesedebat dnūest. qui habebat
arcum quia contra potestates aerias ad bella
veniebat. Dataq; est ei corona victoriae.
quia regnum mortis moriendo subvertit,
Et quattuor circulos aureos. quos ponis per
quattuor arcae angulos. duo circuli sint
in latere uno. & duo in altero,
Quattuor circuli aurei. quattuor sunt euan
geliorū libri. qui merito aurei sunt propter